Quando Castellanus surgit et iudicauit / tunc iudicium suum expirauit / et statim iudicium Scolteti disponit in proximo ad duas septimanas

De iure Scolteti de tribus iudicijs

Scoltetus enim habet tria iudicia legalia in anno / Unum in Epiphania aut die sequenti Secundum feria secunda post conductum pasche Tercium feria 3a post festum Trinitatis Post hec disponit sua iudicia continue ad duas ebdomadas / Si dies iudicialis evenerit ad diem celebrem bene potest ultra diem una aut duas post diem celebrem iudicium sua disponere Iudicium Scolteti nemo potest homini indicere nisi Scoltetus solus vel pro nunc suus famulus Et si Scoltetus in domo non fuerit / et si criminale nephas commissum fuit seu occisio criminis statuat unum iudicem pro crimine manifesto Scoltetus enim debet habere legalitatem a domino terre et tunc debet esse feodatus et verum suum feodum esse debet iuris esse debet legitime natus

De clamore i. de hra vulneribus monomachii

Quod si homo vulneratus fuit si clamore proclamauerit et cepit illum qui ipsum vulnerauit et eum usque ad iudicium deduxerit Et si tunc ipsum cum hiis qui suum clamorem audierunt testari potest melius et propior est eum vincere / quam ille possit evadere / Pro vulnere manum pro homicidio collum / Si vulnus profunditatem unguis ac longitudinem membri habuit acquirit homo duellum pro uno vulnere Et si victor fuit victus a victo pro vulnere manum pro homicidio collum

De conflictu qui fit in die a tempestate noctis

Si contingit criminale nephas aut conflictus nocte vel die Et si probus homo pro eo accusetur propior est evadere melius quam quibus possit super eum protestari quia in isto loco conflictus preminere visus est

De diffinicionibus finarum

Nec Castellano nec Scolteto